



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Angeli gaudent propter conuersione[m] peccatorum propter tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Angeli gaudent de conuersione  
peccatorum pro-  
pter tria.*

**P**rimo, propter sui ministerii completionem. est enim ministerium eorum ut moueant ad pœnitentiam. Nonne omnes sunt administratorii spiritus? Inquit Paulus. Vnde Bernardus inquit. Non de dignabuntur esse focii nostri, qui iam facti sunt ministri nostri. O quàm grata tunc accipient in palatio quos dignanter uisitant in sterquilinio. Secundo propter demonum confusionem. Dæmones enim confunduntur, cum aliquis ad pœnitentiam conuertitur, quod est gaudium angelis. Vnde in Apocalip. legitur proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui uocatur diabolus, & satanas, qui seducit uniuersum orbem &c. Et postea dicit. Letamini cæli, & qui habitatis in eis. D. etiam Bernardus ait. Gaudent angeli in conuersione peccatorum, salutem hominum sitientes, lacrymæ pœnitentium uinum eorum, eò quod in illis odor uitæ, sapor gratiæ sit, indulgentiæ gustus, reconcili-

Heb. 1.

Bern.

Apo. 12

Bern.

conciliationis iucunditas, fanitas  
 redeuntis innocentia, serenata sua  
 uitas conscientia. Tertio propter  
 dei honorem; Peccator cum con-  
 uertitur honorat dominum, quod  
 est gaudium angelis. Vnde legimus  
 in libro Iosue. Fili mi da gloriam  
 deo, & confitere peccatum tuum.  
 Et D. Bernardus dicit. Exultare fe-  
 cimus angelos, quando conuersi su-  
 mus ad penitentiam. Festinemus  
 ergo de nobis ipsis eorum adimple-  
 re letitiam. Summa nempe felici-  
 tas est, ut de salute nostra exultent  
 caelestia.

331. e  
 21

Ios. 7.

8. do T  
 Bernar.

*Angelus deputatus homini  
 septem bona facit.*

332. J

**P**rimum est, quia excitat ho-  
 minem a somno peccati, ut fi-  
 guratiue in Petro in carcere  
 uincto uideri potest. de quo legi-  
 tur. Percussioque latere Petri excita-  
 uit eum &c. Petrus enim in carcere  
 uinctus, denotat peccatorem in pra-  
 ua consuetudine peccati uinctum.  
 Vnde in prouerbiis dicitur. Iniqui-  
 tates suae capiunt impium, & funi-  
 bus peccatorum suorum constringe-  
 tur. Secundum est, quia incitat ho-

333. T

Act. 12.

Pro. 5.

D